Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35073
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Sed ad istam coagulationem nos at-
tingere non possimus facit autem
natura per suam virtutem Et per
maximum spacium ad quod vita ho-
minum durare non potest Igitur
excis impossibilis est generatio
metallorum et transmutatio Et
et alii in sulphure et eius compa-
supponentes artem invenerunt Sed
sulphur per se postea comparatur et
similiter in amborum commixtione
laborem impedivit dulsis opa-
rantibus venientes ad perfectionem
que est intento alteracionis vi-
derunt eos adhuc evanescere
et non in corporibus longam mo-
ram trahere sed corpora relinque-
runt ab eis magis immunda quam
prius fuerant sine perfectione
Unde dicimus quod hii tales parum
senciunt et minime sciunt quia
sulphur et compositum ex eo combu-
ritur in igne et ab ignis com-
bustione in carbonem transfertur
Quomodo ergo de eis expectabitur
aliquod bonum quod cito in igne
comburitur et in carbonem redi-
citur nequaquam expectari debet
Igitur patet intuenti subtiliter
quod nec ista per se neque mixta
cum corporibus neque commixta cum
aliis extractis ab ovis vel san-
guine capillis urina vel aliis
vegetabilibus nec commixta ad
invicem sunt lapis noster seu
medicina nostra Et hec propter

predicta quia adgnationem hominis
non fit alicuius commistio rei nisi
spermate nec adgnationem animalis
alicuius nec adgnationem plane-
te nisi sui seminis Igitur magi-
sterium nostrum commixtione alicuius
non eget extranei etc.

Capitulum de supponentibus ea in salibus et alluminibus

Quidam credunt in sali-
bus et alluminibus sciam
invenire et eos solvunt
et calcinant Et iterum solvunt et
coagulant fundunt et separant
Et sunt aliqui qui omnia cruda vel
per se soluta proiciunt super corpora
imperfecta Alii submiscent cum
spiritibus preparatis ut dictum est a-
cum corporibus preparatis calcina-
tis solutis Venientes vero ad
perfectionem que est finis Et nichil
invenerunt Et causa illo-
rum est eadem cum predictis

Capitulum de supponentibus artem in corporibus etc.

Et quidam ex solis cor-
poribus credunt materiam
eligere cum primo calcinant
corpora in aquis fortibus postea
solvunt deinde coagulant et postea
proiciunt super corpus imperfectum
Et decepti sunt Aliqui eciam
solvunt corpora calcinata in fimo